Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

vt habetur infra. Ex quo
etiam videtur quod tempus
pestilencie non erat consu-
matum. Et ideo dicunt alii
quod per tempus prandii.
Sed tale tempus non vi-
detur esse constitutum
in lege et ideo dicunt a-
lii et melius ut videtur
quod per constitutum intellig-
itur hora sacrificii vespertini.
Illud enim statutum in lege
erat Ex. xxix ita quod a ma-
ne prime diei usque ad horam
mortui sunt de populo lx
x milia virorum. Sed re-
currit dubium est pes-
tilencia trium dierum
erat determinata ut
dictum est et sic videtur
mutacio facta in deo.
Ad quod dicendum quod non
quia pestilencia trium
dierum erat dicta per
modum comminacionis
sicut Jone tercio Adhuc
quadraginta dies et
Niniue subuertetur quod
tamen non fuit subuer-
sa. Sic in proposito duo dies
pestilencie vltimi fe-
cerunt tantum pro commi-
nacionem dicti. Primus
vero dies per modum
sentencie diffinitiue
propter quod fuit pesti-
lencia tantum illo die.
Ideo subditur Misertus
est dominus super afflic-
tione. Et iuxta aream
et Arenna iste erat iebu-
seus quia tunc Ierusalem voca-
batur Ornan ut habetur
primo paralipomenon xxi. Venit
autem Gad. Hic describi-
tur placacio offense per
oblacionem David ad dic-
tum Gad prophete per re-
uelacionem domini quod no-
tatur cum dicitur. Et as-
cendit David iuxta ser-
monem Gad quem pre-
ceperat ei dominus. Et egres-
sus adorauit regem
idest fecit ei reuerenciam
regi debitam. Iste enim
quamuis esset gentilis erat
amicus David et ei con-
federatus quia per eum
David habuerat partem
ciuitatis Ierusalem. Cetera
patent usque ibi Omnia
dedit Arenna regi i.
dare voluit sed David ac-
cipere noluit nisi precio pacto
unde subditur Emit er-
go David aream et bo-
ues argenti siclis quinqua-
ginta. Primo paralipomenon xxi
dicitur Dedit ergo Da-
uid Ornan pro loco si-
clos auri iustissimi pon-
deris d. c. Et ideo littera
que hic habetur debet
sic punctari Emit er-
go David aream et tauros